

INTROIT Ps 129:3-4

Si iniquitátes observáveris, Dómine, Dómine, quis sustinébít? quia apud te propitiátio est, Deus Israë̀l.

(Ps 129:1-2) De profundis clamávi ad te, Dómine: Dómine, exáudi vocem meam. Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in princípío, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Si iniquitátes observáveris, Dómine, Dómine, quis sustinébít? quia apud te propitiátio est, Deus Israë̀l.

If Thou shalt observe iniquities, O Lord, Lord, who shall endure it? for with Thee is propitiation, O God of Israel. (Ps. 129. 1). From the depths I have cried to Thee, O Lord: Lord, hear my voice. V. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. If Thou shalt observe iniquities, O Lord, Lord, who shall endure it? for with Thee is propitiation, O God of Israel.

COLLECT

Deus, refúgium nostrum et virtus: adésto piis Ecclésiæ tuæ précibus, auctor ipse pietátis, et præcater ut, quod fidéliter pétimus, effícaciter consequámur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

O God, our refuge and our strength, who art the Author of all godliness, be ready to hear the devout prayers of the Church, and grant that what we ask faithfully we may obtain effectually. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with You in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

EPISTLE Phil 1:6-11

Fratres: Confídimus in Dómino Jesu, quia qui cœpit in vobis opus bonum, perfíciet usque in diem Christi Jesu. Sicut est mihi justum hoc sentíre pro ómnibus vobis: eo quod hábeam vos in corde, et in vínculis meis, et in defensióne, et confirmatióne Evangélii, sócios gáudii mei omnes vos esse. Testis enim mihi est Deus, quómodo cúpíam omnes vos in viscéribus Jesu Christi. Et hoc oro, ut caritas vestra magis ac magis abúndet in sciéntia et in omni sensu: ut probétis potióra, ut sitis sincéri et sine offénsa in diem Christi, repléti fructu justitiæ per Jesum Christum, in glóriam et laudem Dei.

Brethren, We are confident in the Lord Jesus, that He who hath begun a good work in you, will perfect it unto the day of Christ Jesus. As it is meet for me to think this for you all, for that I have you in my heart, and that in my bands, and in the defense and confirmation of the Gospel, you are all partakers of my joy. For God is my witness, how I long after you all in the bowels of Jesus Christ. And this I pray, that your charity may more and in all understanding; that you may approve the better things; that you may be sincere and without offense unto the day of Christ: filled with the fruit of justice, through Jesus Christ unto the glory and praise of God.

GRADUAL Ps 132:1-2

Ecce, quam bonum, et quam jucúndum, habitáre fratres in unum! V. Sicut unguéntum in cápíte, quod descéndit in barbam, barbam Aaron.

Behold how good and how pleasant it is for brethren to dwell together in unity. V.: It is like the precious ointment on the head, that ran down upon the beard, the beard of Aaron.

LESSER ALLELUIA

Allelúia, allelúia (Ps 113:11) Qui timent Dóminum sperent in eo: adjiútor et protéctor eórum est. Allelúia.

Alleluia, alleluia. V. (Ps. 113. 11). They that fear the Lord, let them hope in Him; He is their helper and protector. Alleluia.

GOSPEL Matt 22:15-21

In illo témpore: Abeúntes pharisæi consílium inierunt ut cáperent Jesum in sermóne. Et mittunt ei discípulos suos cum Herodiánis, dicéntes: Magíster, scimus quia verax es, et viam Dei in veritate doces, et non est tibi cura de áliquo: non enim réspicis persónam hóminum: dic ergo nobis, quid tibi vidétur, licet censum dare Caesari, an non? Cógnota autem Jesus nequítia eórum, ait: Quid me tentátis, hypócritæ? Osténdite mihi numísma census. At illi obtulérunt ei denárium. Et ait illis Jesus: Cujus est imágo hæc, et superscriptio? Dicunt ei: Cæsaris. Tunc ait illis: Réddite ergo quæ sunt Caesaaë, Cæsari; et, quæ sunt Dei, Deo.

At that time, the Pharisees went and consulted among themselves, how to ensnare Jesus in His speech. And they sent to Him their disciples, with the Herodians, saying: Master, we know that Thou art a true speaker, and teach the way of God in truth, neither care Thou for any man, for Thou dost not regard the person of men. Tell us therefore, what dost Thou think? Is it lawful to give tribute to Caesar, or not? But Jesus knowing their wickedness, said: Why do you tempt Me, ye hypocrites? Show me the coin of the tribute. And they offered Him a penny. And Jesus saith to them: Whose image and superscription is this? They say to Him: Caesar's. The He saith to them: Render therefore to Caesar the things that are Caesar's, and to God the things that are God's.

OFFERTORY Esth 14:12; 14:13

Recordáre mei, Dómine, omni potentátui dóminans: et da sermónem rectum in os meum, ut pláceant verba mea in conspéctu princípis.

Remember me, O Lord, Thou who rules above all power; and give a well-ordered speech in my mouth, that my words may be pleasing in the sight of the prince.

SECRET

Da, miséricors Deus: ut hæc salutaris oblátio et a própriis nos reátibus indesinénter expédíat, et ab ómnibus tuéatur advérsis. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

Grant unto us, O merciful God, that this saving oblation may unceasingly free us from our own guilty deeds, and keep us from all things that may hurt us. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with You in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

COMMUNION Ps 16:6

Ego clamávi, quóniam exaudísti me, Deus: inclína aurem tuam, et exáudi verba mea.

I have cried, for Thou, O God, hast heard me: O incline Thine ear unto me, and hear my words.

POSTCOMMUNION

Súmpsimus, Dómine, sacri dona mystérii, humíliter deprecánte: ut quæ in tui commemoratióne nos fácere præcepísti, in nostræ proficiant infirmitátis auxiliúm: Qui vivis et regnas, cum Deo Patre in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

We have received, O Lord, the gifts of this sacred mystery, and humbly beseech Thee: that what Thou hast bidden us to do in memory of Thee, may avail us as a help in our weakness. Who lives and reigns with God the Father in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.